blasphemiā conctabit inquiens, benedic d(omin)o & morere. i. maledice ei. Confitebitur tibi
cū bene feceris ei. Introibit usq; in p(ro)genies patrū suorū. i. immutabitur patres
suos sequendo uias eorū & diuicias congregando. Usq; in ęternū non uidebit
lumē. i. & in p(re)senti & in futuro tenebras pacientur. Nam in p(re)senti repleti te
nebras cordis paciunt(ur) intrinsecus in corde, p(er) quas adueras tenebras tor
mentorū deuoluent. TIT. PSALM(US) ASAPH. Asaph interp(re)tat(ur) sinagoga. i.
congregatio. Nā sinagoga grece, asaph d(icitu)r hebraice. Lat(ine) congregatio.
De asaph ergo cantat(ur) hic psalm(us). i. de sinagoga p(er)tinet ut & iā de omni gene
raliter sc(ilicet) eorū eccl(esi)a. Nā asaph un(us) fuit ex cantorib; d(aui)d qui in templo d(omi)ni lyra &
citara p(er)sonantib; p(er)erant. Sed p(ro)pt(er) misteriū nominis quia uidelicet co
gregatio interp(re)tat(ur) in titulo p(re)ponit(ur). PSALMUS
DEUS DEORUM D(OMI)N(U)S; Qui est d(eu)s deorū. D(eu)s d(omi)n(u)s sit atq; creator celorū & terrę. con
ditor angl(or)um & hominū, his in quantu(m) d(eu)s qui omnia condidit. qui sum(mus) d(eu)s e(st).
& solus uere ac essencialit(er) d(eu)s qui omnia condidit. ut creauit. & iā istos deos in
ter cetera fecit. Sed qui s(un)t isti dii, quos ille sum(mus) d(eu)s condidit. ap(osto)los uidelicet patriarchas
& p(ro)phetas. quos participio diuinitatis sue illa uera diuinitas adoptiuos effi
cit deos. sicut alibi scriptū e(st). Ego dixi dii estis, & moysi dictū e(st): Constitui te d(eu)m
pharaonis. his ergo d(eu)s qui e(st) deorū. i. s(an)c(t)orū omnium d(omi)n(u)s. qui q(ue); olim p(er) p(ro)phetas suos & p(er) an
gelos loquebat(ur). in mundū ueniens, naturā n(ost)ram accipiens. tandem locut(us) e(st) p(er) semet
ipsu(m). [illegible] uocauit t(er)rā. ad fidē t(er)ram. i. homines terrā incolentes, omne genus ho
minū uidelicet. q(uo)d duob; modis uocauit ad fidē suā xp(istu)s. electione & predicati
one. S(ed) electione specialit(er) tantū iustos & adulta(m) & (ae)t(er)nā predestinatos. Predi
catione uero & malos & bonos. A solis ortu usq; ad occasū. quousq; p(er)uenit illa
p(re)dicatio. a. s. o. u. a. id est p(er) uniuersū mundū. a termino usq; ad terminū. Ex Sion
species decoris ei(us). Unde cepit illa uocatio. Ex Sion ciuitate. i. de ierusalē. Nā Sion arx
ē in ierusalē de qua aduentū hostiū speculabant(ur). unde & speculatio inter
p(re)tatur. Ex Sion inquit cepit diuina p(re)dicatio. i. ex iudeis ex quib; xp(istu)s carnem